

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Timor q  
cum fonte primo

Principium nostre  
salutis sapiencieque secundum  
scripturas timor Domini est.

De timore Domini nascitur compunctio  
salutaris; de compunctione cordis  
procedit abrenunciatio, id est nuditas et  
contemptus omnium facultatum; de  
nuditate humilitas procreatur;  
de humilitate  
mortificatio uoluptatum generatur;  
de uoluptatum mortificatione extirpantur  
atque marcescunt uniuersa uicia;  
de uiciorum expulsionem uirtutes  
fructificant atque succrescunt;  
de uirtutum pululatione puritas cordis  
acquiritur; per cordis puritatem  
apostolice caritatis perfectio possidetur.

Vetus est beati Antonii sententia.  
Iohannes Cassianus de institutis  
monachorum libro III.

principium nostrae  
salutis ac sapientiae secundum  
scripturas timor domini est  
(Prou. 9:10).

de timore domini nascitur compunctio  
salutaris. de compunctione cordis  
procedit abrenuntiatio, id est nuditas et  
contemptus omnium facultatum. de  
nuditate humilitas procreatur.  
de humilitate  
generatur mortificatio uoluptatum.  
mortificatione uoluptatum extirpantur  
atque marcescunt uniuersa uicia.  
expulsionem uiciorum uirtutes  
fructificant atque succrescunt.  
pululatione uirtutum puritas cordis  
acquiritur. puritate cordis  
apostolice caritatis perfectio possidetur.

Iohannes Cassianus, *De institutis*  
*coenobiorum*, 4, 43 (CSEL 17.1, M.  
Petschenig ed., p.78, ll.3-11).